motionis et expeditionis Gnlis bellicae quo summa pax et tranquillitas obseruari debet
eundem Conquerentem de realibus et integris bonis immobilibus in hereditate Ignati
consisten heredum Actoris per praefatos Citatos Coniuges in Summa sedecem floren pollon
modo Obligatorio coram Actis praesentibus inscriptis usu et possessione pacifica vi et violen
ter expulistis usu et possessione pacifica priuastis Quare vigore Regio et Nostra Capitaneali
qua hac in parte fulgimur authoritate vigore Constitutionis Regni Anni 1621 sub tem
pus motionis Gnlis sancitae et in Comitijs gnalibus Varsauiensibus reassumptae Mandamusque
ut in Iudijs per Modicum Terminorum Querellas feria secunda post Datam praesentis
Citationis proxime cellebrandis personaliter et peremptorie Compareatis Ad Instantiam praefati
Actoris qui vos praesertim Maritatam cum Marito sui assistentia in herendo Constitutioni
praefatae Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi sub tempus motionis gnlis
bellicae sancitae in vim termini tacti peremptorie Citat ad videndum et audiendum
super vobis reinductionem bonorum Controuersorum decerni et ad Reinducendum Intemd
Cum Xlibus duobus addi et poena Banitionis interponi et id quod iuris status Iudi
sit responsurus et Terminum attentaturus Datum in Curia Regia Branscen feri
a secunda post Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini proxima Anno
rursus Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam
sigillatam Ministerialis Regni Gnalis Prouidus Joannes Sielacz ab una integra
ante Terminum praesentem septimana in bonis reinducendis subiectos posuisse et
publicasse recognouit. Memoratus Actor supra Scriptos Citatos ad officium praesens
Castren Capitan Branscen per Mintem Regni Gnalem Xlem Benedictum Trosski
sibi iuridice clamatum et non Comparentem in lucro suo pro toto ex regestri Ordi
ne admissioneque officij praesentis Iudicialiter Condemnauit. Et officium praesens Castrense
Capitaneale Branscen visa et Considerata Citatorum clamatorum et non Comparentium Contumacia
et temeritate iuri Communi et parcis Actoris affectioni ac Consentiens Citationis in
herendo super productis Citatis et bonis eorum omnibus Decreuit ut Citati Actori
praefata bona de quibus ipsum expulerunt denuo in pacificam possessionem Intro
ducant sub poena Banitionis praesentibus interposita.

Moczarski **Lucrum.**

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Ioan
nes in Sitrezoro Leszniowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Xli Paulo olim Alberti
Zaykowski de Zayki heredi de persona bonisque tuis omnibus vigore Regio et Nra
Capitan authoritate Mandamus ut in Iudijs vigore Constitution Anni Millesimi Sexcen
tesimi Vigesimi Primi sancitae feria secunda post datam praesentis Citationis proxime
cellebrandis personaliter et peremptorie Compareas Ad Instantiam Instigatoris Iudij Nri
et ipsius delatoris Xlis Mathiae olim Adami Moczarski de Zayki heredis Qui te inheren
do Constitutioni Anni 1621 de expeditione bellica in Conuentu Gnli Varsauiensi
reassumptae in vim termini tacti Citat peremptorie Quia tu in contemptum legem
publicam securitatisque domesticae sub hoc tempus Generalis motionis bellicae quo
summa pax et tranquillitas obseruari debet eidem Actori vulnera Coram officio Castren

Vulnerum monstrata Quinquaginta Marcas pollon vel prout Iudicium decernet taxata intulisti et infelicisti pacemq et securitatem domesticam violasti perquod poenas legum eo nomine sancitas succubuisti ad quas super te decernendas una cum solutione vulnerum Citatis Iudlr sis responsurus. Datum in Curia Regia Branscen feria secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gnalis Providus Joannes Sielkac ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Zayski Citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor suprascriptum Citatum ad officium praesens Castren Caplis Branscen per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedictum Krossenski iuridice clamati et non comparentem in loco suo pro toto ex regestri ordine admissioneq offij praesentis Iudicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren Capitan Branscen visa et considerata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectionem ac Conten Litterarum inherendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae vulnerum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore.

Srzedzinska — Lucrum

Super Citationem literalem Castren Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Xiaz Lesznowolski Branscen etc Capitaneus Tibi Nobili Alberto olim Nicolai Srzedzinski de persona bonisq tuis omnibus vigore Regio et Nra Capli authoritate Mandamus ut In Iudicijs vigore Constitucion Anni 1621 sub tempus expeditionis bellicae sancitae feria secunda post datam praesentis Citationis proxima in Curia Regia Branscen celebrandis personaliter et peremptorie compareas. Ad Instantiam Instigatoris Iudicij Nri et ipsius delatricis Nlis Catherinae relictae olim Nlis Mathiae Srzedzinski quae te inherendo Constitutioni Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi de expeditione bellica sancitae et in Conventu Gnali Varsavien reassumptae in vim Termini Facti peremptorie Citat. Ideo. Quia tu in Contemptum legum publicarum securitatisq domesticae sub hoc tempus motionis Gnlis bellicae quo summa pax et tranquillitas observari debet eandem Actricem vulneribus enormibus in obductione specificatis affecisti quae sibi Actrix taxat ad Centum Marcas pollon perquod poenas legum eo nomine sancitas succubuisti ad quas super te et bonis tuis omnibus decernendas una cum solutione vulnerum Citatis Iudlr sis responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda ante festum Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Sielkac ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citati proprijs posuit et publicavit. Memorata Actrix suprascriptum Citatum Ad officium praesens Castren Caplis Branscen iuridice clamatum et non comparentem in loco suo pro toto ex regestri ordine admissioneq officij praesentis iudicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren Capitan Branscen visa et considerata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectioni ac Conten Citationis inherendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae vulnerum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore. Et per Ministerialem R Gnalem Nlem Benedictum Krossenski.